

191.

DISSERTATIO INAUGURALIS IVRIDICA  
DE

Ve  
2676

EMENDATA, OCCASIONE  
REFORMATIONIS B. LVTHERI,  
DOCTRINA DE DECIMIS  
PRAECIPVE NOVALIVM,

QVAM  
DIVINA GRATIA ADSPIRANTE,  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO

**GVILIELMO HENRICO,**

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE AC MONTIVM, ANGARIAE  
GVESTPHALIAE ET RELIQA

EX DECRETO ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
IN ACADEMIA IENENSI  
SVB MODERAMINE

**GVILIELMI HIERON. BRVCKNERI,**

CONSILIARII AVLICI SAXON. PAND. PROF. PVBL. CVRIAE PROVIN-  
CIAL. FACVLT. IVRID. ET SCABINAT. ASSESSORIS,  
AC TOTIVS ACADEMIAE SENIORIS,

PATRONI AC PRAECEPTORIS AETATEM DEVENERANDI,  
PRO LICENTIA

SVMMAM IN VTROQVE IVRE DIGNITATEM AC PRIVILEGIA  
DOCTORALIA RITE OBTINENDI,

LOCO HORISQVE ANTE ET POST MERIDIEM CONSVETIS,  
AN. M. DCC. XXX. D. IV. NOVEMBR.

PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI  
SISTIT

**PAVLVS GVILIELMVVS SCHMIDIVS,**

IENENSIS, IVR. PRACTIC:

IENAE, LITTERIS HORNIANIS.



8

DISSECTATIO INVALENTIARUM IURIDICARUM  
MUNDATA OCCASIONE  
REFORMATIONIS P. LUTHERI  
DOCTRINA DE RECIPIE  
P. RACONNE NOTARIUM  
D. M. ADRIANUS  
RECTOR MAGNIFICENTISSIMO  
GUILIELMO HEYDORF  
GUILIELMO HEYDORF



PAULVS GVLBERGVS SCHMIDIVS  
HALLÆ LIBRARIVS HORTICIVS



A  
SON ALTESSE SERENISSIME  
MONSEIGNEUR  
CHARLES GUILLAUME  
FREDERIC

MARGGRAVE DE BRANDEBOURG,  
DUC DE PRUSSE, MAGDEBOURG, STETIN,  
POMERANIE, DES CASSUBES ET VAN-  
DALES, DE MECKLENBOURG, EN SILE-  
SIE A CROSSE, BOURGGRAVE DE NU-  
REMBERG, PRINCE DE HALBERSTAD,  
MINDE, CAMIN, WENDEN, SUERIN ET  
RATZEBOURG, COMTE DE HOHENZOL-  
LERN ET SUERIN, SEIGNEUR DE RO-  
STOCK ET STARGARD. ETC. ETC.

# MONSEIGNEUR,

De toutes les vertus qui conviennent à un Prince Chrétien, il n'y en a point qui égale le véritable zele pour la religion. C'est par ce zele qu'il se rend agreable à Dieu, à d'autres Princes, & à ses sujets. Pour ne rien dire des deux premiers avantages, combien n'en a-t-il pas par rapport à cette dernière qualité ! Plus un Prince est zelé pour la religion, plus il gouverne avec sagesse, avec modération, & avec amour pour son peuple, & plus il s'attire par là la benediction de Dieu. Ses sujets qui cueillent les fruits d'un gouvernement si sage, si moderé & si plein d'amour, ne passent pas un moment sans remercier le ciel de la grace qu'il leur a accordée de leur donner un tel Prince, & sans prier incessamment la divine bonté de le conserver longues années, afin qu'ils puissent vivre davantage en repos & en bonne tranquillité. Et qui plus est, un tel Prince inspire par son exemple à ses sujets un semblable zele pour la religion chrétienne, par où il sauve une infinité d'ames de la perdition éternelle. Il n'y a personne, MONSEIGNEUR, qui ignore que VOS  
GLO-

GLORIEUX ANCETRES, parmi tant de belles qualités qu'ils se sont acquises, ou qu'ils ont eues de la nature, se sont approprié celle de Defenseurs zelés de notre sainte Religion Protestante, & qu'entre autres GEORGE le PIEUX a montré son zele dans les commencements penibles de la Reformation entreprise par le fidele Serviteur de Dieu le Docteur Luther, si bien que non seulement il a apporté tout ce qu'il a peu pour établir dans ses Etats la Religion purifiée des abus des Papistes, mais aussi qu'il s'est rendu Lui-même à la Diète d' Augsbourg, où il a parlé au nom de tous les Protestans devant l' Empereur & les Etats de l' Empire, ayant aussi souscrit & présenté la Confession appelée du nom de cette ville. Comme donc VOTRE ALTESSE SERENISSIME fait consister sa plus grande gloire à imiter des exemples si illustres & si louables, ayant en cela une Imitatrice zelée dans la personne sacrée de SON ALTESSE NOTRE SOUVERAINE SERENISSIME, ses Sujets en ont tant de joie qu'ils ne sauroient trouver des termes assez expressifs pour la faire paroître au public. De ma part je m'estimerois tout à fait indigne de jouir de la protection d'un PRINCE si clement & si pieux, si je ne cherchois pareillement les moyens de temoigner combien j'en suis touché

ché: mais jusqu'ici mes efforts ont été inutiles.  
Cependant ayant resolu de montrer en quelque  
maniere par un petit ouvrage public le peu que  
j'ai fait de progrès dans le cours de mes études,  
dans l'Academie de Iene, j'ai creu commettre un  
larcin, si je n'en consacrais à VOTRE ALTESSE  
SERENISSIME les premices. Je n'ose me flatter  
qu'elles trouvent son approbation, connoissant  
trop bien la mediocrité de mon talent: je me con-  
tente de montrer à VOTRE ALTESSE SERE-  
NISSIME le desir ardent que j'ai d'êtré mis au  
nombre de ceux qui aspirent à la gloire de faire  
connoitre que l'ingratitude n'est pas leur vice. Si  
j'obtiens cette grace, j'ai tout ce que je desire, & je  
me puis promettre que VOTRE ALTESSE SE-  
RENISSIME m'accordera davantage le titre le  
plus glorieux auquel je puisse jamais pretendre,  
qui est de me dire avec un tres profond respect,  
& une entiere soumission

MONSEIGNEVR,

DE VOTRE ALTESSE  
SERENISSIME

*le tres humble, tres obeissant & tres  
fidele Serviteur & Sujet*  
IEAN IAQVES BECK.

Summe Reuerendis, Illustrissimo, Generosissimo,  
Perillustri, Excellentissimis, Experientissimo,  
Consultissimisque Dominis,

DOMINIS,  
DECANO, SENIORI, RELI-  
QUISQUE REV. CAPITVLI  
CIZENSIS CANONICIS  
SPECTATISSIMIS,

VIRIS

Profapiae splendore,  
amplissimisque dignitatibus  
conspicuis,  
immortalibus in ecclesiam non minus  
quam Rempubicam meritis  
maxime eminentibus,  
Dominis meis & Patronis  
demissa veneratione  
prosequendis,

omnis

omnis generis prosperitates,  
Consiliorum saluberrimorum, prudentissimorum  
euentum IPSORVM votis respondentem,  
Vitam ab omni offensione immunem,  
Nestoreosque per annos duraturam,  
Vigorem ac robur  
mentis aequae ac corporis,  
inconcussam ac continuo florens,  
religiosa mente precor;  
ac simul  
hocce quale quale specimen inaugurale,  
in  
demissae admodum obseruantiae  
significationem,  
documentorum  
Gratiae ac beneuolentiae  
in me editorum  
memoriam,  
studiorum, qualia ea demum sint  
commendationem,  
submisso offero  
sacrumque esse cupio  
Tantum Nominum  
cultor deuotus

PAVLVS GVILIELMVS SCHMIDIVS,  
IENENSIS.





**A**uspicatissimam, Diuini Numinis clementia, per B. Lutherum susceptam reformationem, non solum Protestantium ecclesiis & Rebuspubl. multum profuisse, sed & apud Pontificios haud mediocrem effecisse mutationem, nullus Protestantium opinor, in dubium est vocaturus. Raro enim, (vt Politici tantum status mentionem iniiciam,) summos imperantes banni fulmine notatos, ciues nexu fidelitatis & obsequii solutos, ideoque Imperatores ac reges in summas coniectos miseras atque angustias, videmus. Non tam effrenata licentia ac luxuria, tot saepius sceleribus stipata, inter Clericos regnant, nec auaritia tam insatiabilis ac sordida vbique conspicitur. Vltimum enim vt tantum adtingam, post plurima alia per decimas olim in Papatu nimium aucta Clericorum habendi cupiditas & in vulgus sparsa opinio: Decimas à Laicis nulla ratione possideri posse; sed apud Protestantes contraria obtinuit opinio, cum in multis locis deprehendamus decimas in secularium manibus, vt principes etiam sibi solis vindicent, quae ex noualibus percipiuntur.

A

cupiunt

cupiuntur.\* Hac de re, vt plura pro viribus meis exiguis in specimine inaugurali, quod mihi iam conscribendum est, differerem, haud inconueniens credidi, & tempus ipsum, quo haud ita pridem A. C. addita ecclesia ob traditam hanc confessionem festum seculare celebrauit, suadere videtur, vt effectus quidam è reformatione hac saluberrima in Rempubl. redundantes à me exponerentur. Quo autem facilius atque tutius, quem intendo, finem consequi valeam, implorato benignissimi summi Numinis auxilio, operae pretium me facturum puto, si ante tractationem ipsam principia doctrinae de Decimis in vniuersum, per compendium saltem euoluerim, atque praemiserim. Quoniam ea vero cum e monumentis historiarum, tum è scientia iuris, naturalis aequae ac ecclesiastici haurienda veniunt, considerare iuuabit Capite praëliminari, & quidem prima Sectione, historiam & progressum iuris decimandi; altera, fundamenta Iurisprudentiae propria ad thema propositum explicandum imprimis necessaria.

CAPVT I.

DE

DECIMIS IN GENERE.

SECTIO I.

ORIGINEM ET HISTORIAM EARVM STRICTIM EXHIBENS.

§. I.

*Decimae antiquissimae iamiam tempore Febricis cognitae.*

**V**estigia decimarum antiquissima iamiam aetate inueniri, non solum facit Codex, verum & scripta

\* Plura eaque elegantissime hac de re exponit Differt. Celebrerr. BOEHMERI secularis in memoriam Iubil. A. C. de beneficiis iuris ex A. C. Cap. II.

scripta Ethnicorum, iniuria temporum intacta quæ nobis supersunt, haud obscure testantur. Cuius rei exemplum, vt omittam alia, a) PLINIVS Histor. natur. Lib. I. Cap. 14. memoriae prodidit, his verbis: *Thus collectum Sabotam Camelis conuehitur, porta ad id vna patente, digredi via capitale leges fecere: Ibi decimas Deo, quem vocant Sabin, mensura, non pondere sacerdotes accipiunt, nec ante mercari licet &c.* Cui simile quid apud eundem Lib. I. Cap. 20. legitur.

§. II.

E sacris litteris notum est factum Abrahami, regi <sup>Exempla in</sup> Melchisedeco decimam partem omnis praedæ offerentis <sup>Scriptura</sup> *Genes. XIV, 20. Ebraeor. VII, 2. 4. 6.* nec non Iacobi Patri- <sup>sacra occur-</sup> archæ, qui votum nuncupauit in haec verba: *Si mihi ad-* <sup>rentia.</sup> *fuerit Deus &c. omnium, quae mihi dederit, decimas Ipsi dabo. Genes. XXVIII, 20. 22.* Praeter haec exempla, (nisi Cainum partem fructuum, & Abelem primitias gregum Diuino Numini exhibentes, *Genes. IV, 3. 4.* huc referre placuerit) ante legem Mosaicam vix decimarum mentio iniicitur; veroque adeo simile videtur, non semper, nec ex obligatione quadam, sed quando placuerit, eas solutas, b) nunquam vero vt alimentaria praecise inde quaererent Sacerdotes.

A 2

§. III.

a) Quae legi possunt ap. SELDEN. in historia decimarum Cap. III. conf. HENR. CROLOV. de iure decimar. conclus. XV. GOTHFR. in Notis ad l. 2. §. 3. de Pollicit. BLVM. vom Zehend-Recht Cap. I. §. 1. & 3.

b) B. BVDDEVS in Hist. Vet. Testam. Period. I. Sect. III. §. 18. in Not. p. m. 313.

## §. III.

Decimae  
legibus di-  
uinis in po-  
pulo Israe-  
litico in-  
ductae.

Elapsis inde aliquot Seculis, populum Israeliticum tot tantisque miraculis in terram promissam ex Aegypto traductum, Numen Diuinum in certam Rempublicam ordinauit, inque ea *θεοκρατία* Ipse peculiari ratione exercere voluit, ideoque iura sapientissima, ad gentis statum apprime & fere vnice adcommodata promulgauit. In quibus reperiuntur quoque constitutiones quaedam de decimis, ab vniuerso populo Leuitis. & sacerdotibus ad eorum sustentationem soluendis; quippe qui à portionibus regionis Canaan, inter tribus Israëlit. diuidendae, abstinere se omnemque vitam cultui diuino tribuere necesse habebant *Leuit.* XXVII, 30. sqq. *Num.* XVIII, 21. ad fin. Sed nec soli Sacerdotum & Leuitarum ordini adscriptum ius decimandi à summo Legislatore; Verum & inter iura, quae rex, quem postulabat populus, sibi adtributurus esset, relata legimus. i. *Sam.* VIII, 15. 17. a)

## §. IV.

In prima  
ecclesia non  
obtinuit  
praestatio  
decima-  
rum, sed V.  
D. ministri  
ex liberali-  
tate audito-  
rum vive-  
bant.

Christianorum tempora quod adinet, obseruamus, nec à Christo aut apostolis iniunctas, nec à primae ecclesiae fidelibus praestitas decimas; Verum potius ad vitae sustentationem Clericorum, pro arbitrio & facultatibus hominum necessaria suppeditata fuisse. *Actor.* II, 45. IV, 32. V, 4.

a) conf. CLERIC. ad *Genes.* XLI, 34. & XLVII, 26. it. SPENCER. de LL. Hebraeor. ritual. Lib. III. Cap. 10. Diff. I. Sect. I. §. 2. B. ZIEGLER. de iurib. Maieft. Lib. I. Cap. IV. qui litem inter viros summos graiuter de hisce iuribus regiis reciprocata, quorum alii iura regi, exaequitate & de iure competentia, alii tyrannorum mores descriptos asserunt, late & erudite deduxit.

V, 4. & plurimis aliis locis. Quae largitiones communitè *προςφρασι*, oblationes fidelium, nec non interdum sportulae audiebant. a) Id quod, quamdiu animi simplicitas in Christianorum regnabat mentibus, isti que mutuo & infucato sese inuicem complectebantur amore, obtinuit. Neglectis vero hisce virtutibus, locumque earum paulatim occupantibus auaritia, superbia, luxuria, aliaque eiusmodi labe, liberalitate olim solita minime contentus Clerus Pontificius varias excogitauit artes ad acquirendas sibi diuitias b) habiles visas. Inter quas ultimo loco non veni-  
 Conquirendarum diuitiarum causa, V. T. de decimatione leges renouatae & ad N. T. statum haud  
 ponenda reuocatio iuris decimandi, genti Israeliticae vsu-  
 tati, & applicatio eiusdem ad Clerum N. T. satis incon-  
 grua. c) Vnde tunc temporis tam frequentes & tantum

A 3

non

a) ANONYMI Tractatus inscript. *Vrsprung der so genanten geistlichen Zehenden Post*. V. LEHMANN. *Chronic*. Spirens. Lib. II. Cap. 35. p. m. 118. ARNOLD *in der Abbildung der ersten Christen* P. II. Lib. IIX. Cap. 13. §. 21. CHRISTIERNVS HILDERICVS SYRING. (sub cuius nomine latet CHRISTIANVS HENRICVS SCHWESERVS) in aurea praxi iur. decimandi Cap. III. §. 3.

b) Quarum tanta cumulata vis est, vt de remediis contra hunc abusum quaerendis cogitare opus haberent principes, qualem constitutionem & deprehendimus l. 27. Cod. Theod. de episcop. eccles. & Cleric. Imo conquestus est Hildericus, rex Francorum: *Ecce pauper remansit fiscus noster, ecce diuitiae nostrae ad ecclesias sunt translatae: nulli penitus, nisi soli episcopi regnant: perit honor noster, & translatus est ad episcopos ciuitatum*. LEHMANN. *Chron.* Spir. L. II C. 35. Artes vero tot acquirendis opibus adhibitas optime profecutus est ZIEGLER. de iurib. Maieft. L. I. Cap. 20. §. I. sqq.

c) ANON. dans l'histoire de l'origine des Dixmes Liv. I. p. 65. sq.

non quotidianae de decimis homiliae, d) earum praestationem tanquam pium & meritorium opus depraedican-tes; quamuis illae piorum monitorum fines non egredirentur, nec vlla vis externa aut coactio accederet. e)

## §. V.

Quo tempo-  
re legibus in  
eccles.  
Christ. in-  
iunctae de-  
cimae.

Quo autem proprie tempore vis coactiva & necessitas in exigendis iis fuerit introducta in ecclesiam christi-  
nam, sub iudice adhuc lis est. Sunt, qui sub Constanti-  
no M. a) sub Damaso I. Ao. 382. b) & aliis primas de ea-  
re leges sancitas, contendunt. Sed sine sufficienti certitudi-  
ne. Proxime ad veritatem accedere videtur sententia eorum, qui edictis ecclesiasticis Seculo demum VIto  
decimas populo impositas c) asserunt.

## §. VI.

d) Quarum specimina occurrunt in scriptis SALVIANI. it. ap. IRENAEVM L. IV. aduers. haeres. Cap. XXVII. XXXIV. & ap. ORIGEN. in Homil. in Num. XI.

e) Latius, & pro more, solide id deducit Illustr. DN. BOEHMER. in Responso Iuris typis Ao. 1729. sub Titulo Vindicarum libertatis decimar. laicalium à contributione ad refectorem eccles. Parochialis, mandato, PAUL. SARPVS in Tract. de beneficiis §. 2. p. 75. sqq.

a) A Constantino M. si tales latae fuissent constitutiones, sine dubio mentio earum facta fuisset in Cod. Iustin. praecipue Tit. de S. S. ecclesiis.

b) Prouocant ad acta Damasi I. Concilii Romae eo anno celebrati, vbi haec verba legi feruat: *Vt decimae atque primitiae à fidelibus dentur, qui detrectant, Anathemate seriantur.* Sed inde nihil euincitur, cum fictum esse hoc decretum Damasinum à pluribus ex circumstantiis & stilo iam sit ostensum.

c) In Concilio Matisconensi II. Ao. 583. ap. HARDVIN. Tom. III.

## §. VI.

Publicis hac ratione mandatis introductis quibusdam in regionibus decimis, nec subsistendum creditum est, quin potius omnem curam in eo posuerunt Clerici, vt longe lateque eas diffunderent. Quod & post multas alias gentes, apud Saxones (licet ex minima parte) imperante Carolo M. ipsis cessit. Hic enim simul atque eos vidit superatos & ad fidem Christianam perductos, variis capitularibus iugum iis imponere decimarum properauit. a) Cum autem plurimi eius Nationis earum introductioni reclamarent, ac omni contentione, quoad poterant, repugnarent, b) Carolus M. admonuit, vt in illis locis, vbi erant receptae, prouide ac temperanter, aut vt verbis vtar Iohann. XXII. Pontif. maximi; benigne & curialiter procederent episcopi.

*Apud Saxones quoque ex parte introductae.*

## §. VII.

III. Concil. p. 461. Rariores tamen hoc & sequ. seculo sunt canones hac de re, at, octauo nono &c. multo frequentiores.

a) Vid. praeceptum de instit. episcoporum per Saxoniam de Anno 789. ap. BALVZ. Tom. I. Capit. p. 246. & in Capitul. de partibus Saxoniae refer. BALVZ. c.1. p. 250. quorum stilus Auctores Clericos fatis prodit.

b) Quod & post multos alios serio egit, & libertatem Germaniae, ac inprimis Saxoniae mascule propugnauit Iohan. Teutonicus, alias Semeia dictus, cum Clemens IV. quasi ad liberationem terrae sanctae necessariae essent, Germanis imponere easdem ausus fuerit SCHILT, de libert. eccles. German. Lib. V. Cap. VI. §. 5. sqq. & alibi.

## §. VII.

Plurimae  
decimae in  
Germania  
& potissi-  
mum Sa-  
xonia Lai-  
corum  
in pote-  
statem de-  
latae, &  
huius rei  
causae.

Ob has difficultates ab oblectante populo motas, a) quumque variis ab hostibus maxime premeretur ecclesia, nec satis fiderent Clerici sua iura à Principibus laicis tueri, per speciem feudi, aut alio titulo partem decimarum summis imperantibus aliisque potentioribus concesserunt, consultius esse arbitrati amittere partem quam totum, vtque ipsi defensionem reliqui eo alacriores, studio propriae utilitatis ducti, in se susciperent. b) Quod & reges Francorum, Pipinum, Carolum Caluum, fecisse, à multis memoriae proditum legitur. c) Verum, quam aegre hanc rem tulerint, vtque contra clamitauerint episcopi, ac reliqui de Clero, multi loquuntur rerum eius aevi scriptores, d) totque prohibitiones expressae testantur. e)

## §. VIII.

a) Insignia vid. exempla motuum ob rigorosam nimis exactionem decimarum passim exortorum ap. CRAGIUM in Iure feud. L. I. T. 15. §. 6. HELMOLD. Chron. Slav. Lib. I. c. 91. sqq. FLEURY dans l'histoire Eccles. Tom. XII. Liv. 58. §. 45. p. 404. & alios.

b) De quo notab. verba vid. ap. LEHMANN. Chron. Spirenf. Lib. V. Cap. LXVII. §. Die 7te und 8te Gerechtigkeit &c. ex Arnoldo, Abbate Lubec. confer. CRANZ. in Saxonia Lib. VI. Cap. 52. id. Lib. I. Meirop. Cap. 2.

c) ITTERVS de feud. Imperii Cap. VIII. §. 10.

d) Exhortationem episcoporum in Concilio Vernensi An. 844. hac de re Carolo Caluo factam legimus ap. BALVZ. in Operib. Seruati Lupi p. 202. cuius initium: *Videmus iram Dei nobis imminere, cum pro rapinis & immanibus sceleribus, tum etiam maxime, quod ecclesiae facultates &c. nunc in usum secularium detinentur.* Id. BALVZ. Tom. II. Capit. p. 109. refert, quemadmodum Episcopi querimonias



## §. VIII.

Sed hisce non obstantibus, Carolus M., qui, quum à Sub Carolo M. res decimas in Saxonia eo deducta est, ut earum plurima pars ad Laicos pertinuerit. tributis liberos edixerat Saxones, exiguam ex hisce terris capiebat vtilitatem, multas decimas sibi ipsi & mensae regiae adscripsit, & vt eandem rem interdum agerent Ministri, admisit, non obstante Concilii Lateranensis interdicto, quod nunquam plenariam in iis regionibus obtinuit potestatem. Vnde successu temporis factum, vt in Saxonia pene omnes decimae, in Laicorum arbitrio fuerint positae, eas solum si exceperis, quae Clericis in feudum conferebantur. Ex quo conficitur, in Saxonia decimas, quando de iis disceptatur, in numerum secularium rerum esse reponendas, adeoque Clericis onus probandi incumbere. a)

## B

## SECTIO

nas ad Ludouicum regem adduxerunt in verbis: *Quia vero Carolus Princeps, Pipini regis pater, qui primus inter omnes Francorum reges ac principes res ecclesiarum ab eis separauit, atque diuisti, pro hoc solo maxime, est aeternuliter perditus.* In seqq. fabulam admodum lepidam de Caroli Martelli aeterna damnatione S. Euchario per visionem declaratam, illi Episcopi narrant.

e) In Concilio illo Lateranensi ab Alexandro III. Anno 1179. congregato. Idem Papa Cap. 17. & 19. X. de decimis, alienationem hanc, excommunicationis & denegandae sepulturae christianae poena, coercendam statuit.

a) Conf. B. HORN. Dissertat. de Clerico Cleric. non decimante §. 9. qui varias hac de materia res iudicatas adducit & inter eas §. 24. Responsum B. STRYCKII. Huc quoque facit, quod Ius Saxonie. Lib. I. Art. 2. iura clericorum enumerans, ne verbo quidem decimarum fecerit mentionem.

SECTIO II.  
PRINCIPIA NECESSARIA E DOCTRINA DE  
DECIMIS IN VNIVERSVM SISTENS.

§. I.

*Definitio & diuisiones decimarum* **D**ECIMAE a) generaliter et proprie b) sunt decima pars bonorum ad certos vsus destinata. In sensu strictiori iuris Canonici sunt pars prouentuum Deo eiusque ministris iure diuino et humano debita. Distingui possunt in tales I.) lege vel (a.) diuina, quales olim apud Israelitas è lege Mosaica obtinebant, vel (b.) humana, v. c. si summus et absolutus Princeps tributorum loco imponit decimas, II.) Voto, quales Iacob vouebat *Genes. XXVIII, 22.* III.) conuentione IV.) vltima voluntate ordinatas. V.) Praescriptione tales. Praeterea, cum pendantur vel ex fructibus praediorum, vel laboris, siue ex lucro, propria cuiusque opera quaesito, apparet, illas dici posse praediales, siue reales, has personales. c) Mixtas nonnulli tanquam tertiam addunt speciem, quae tamen certo respectu vel ad pra-

a) De decimis ap. Romanis vsitatis vid. CAROL. SIGON. de antiquo iure populi Rom. Tom. I. Lib. I. Cap. 16. p. m. 205. et ib. Lib. II. Cap. 4. p. 296. Tom. II. Lib. I. Cap. I. p. 9. Celeberr. HEINECC. Antiquitat. Roman. Append. ad L. I. Institut. §. 54. EZECH. SPANHEM. in Orbe Rom. Exercitat. II. Cap. 16. B. HORNIVS Dissert. cit. de Clerico Cleric. non decimante. §. 2.

b) Improperie & abusue octaua, nona, imo vicesima quoque pars decimarum nomine venit.

c) Vid. SYRING. de iure Decimar. Cap. II. §. 3. CROLOV. de eod. Conclus. IX.

praediales vel ad personales referuntur. d) Quum igitur ē fructibus praestentur decimae, sequitur: Semper ab eo, qui percipit commoda, eas exigendas; adeoque & conductores praediorum ad illas teneri, e) nec non decimis per aliquod tempus non solutis, non possessorem nouum, sed illum, qui vtilē habuit, ad praestandas eas, si quidem aequitas naturalis spectetur, obligari. f) Cum vero iure tacitae hypothecae ad exemplum tributorum in legibus gaudeant, decimae à praedeessore non solutae à nouo possessore, si obseruantiam sequi velis, soluendae, nisi adhuc extant fructus, aut praedeessor eiusque haeredes facile ad praestationem possint compelli. g)

§. II.

Praestandae erant olim à populo Israelitico ex lege <sup>Decimae non sunt iuris naturalis.</sup> positiva diuina particulari, ex lege Naturali neutiquam, hodie ex lege humana debentur. Naturalis equidem iuret aequitas, vt iis, qui omnium vtilitati, neglecta propria, nauant operam, omnium contributione alimenta necessaria

B 2

- d) Personales, quae praestantur ex negotiatione, artificio, militia &c. omnino sunt inuentum Cleri Pontificii, nec in V. T. aut alibi fundatae. B. STRYCK. ad BRVNEM. Ius eccles. Lib. II. Cap. VI. §. 3. hodieque non in Germania tantum, verum & aliis regionibus defuetudine plerumque exoleuerunt. CARPZ. Iurisprud. Consist. L. I. def. 131. n. 3. SYRING. de iure decimar. Cap. II. §. 2. Illustr. BOEHMER, in Iure Paroch. Sect. VII. Cap. I. §. 5. in f.
- e) c. 8. & 24. X. de decimis.
- f) B. BRVNEMANN. in Iure Ecclesiast. Lib. II. Cap. VI. §. 7. CARPZ. Iurispr. Ecclesiast. Lib. I. def. 128. n. 5.
- g) CARPZ. l. cit. n. 8. STRYCK. ad BRVNEM. c. l. §. 7. DN. BOEHMER. Iure Paroch. Sect. VII. Cap. I. §. 8.

cessaria suppeditentur. Qua in conditione constituti quum sint Verbi Diuini ministri, eodem priuilegio eos gaudere oportet. At cum non semper decimae ad eum finem praecise requirantur, sed arbitrarius potius sit eorum alendorum modus, decimarum praestationem quoad materiale tantum, h. e. congruam sustentationem ministro- rum ecclesiae, non vero quoad formale Iuris Naturae esse adparet. a) Nec est, quod Abrahamum & Iacobum quasi naturalis rationis dictamine ductos, decimas obtulisse (Sect. praeced. §. 2.) quidam contendant, quum id nec ab omnibus hominibus, aut saltim Patriarchis factum, quod tamen ob vniuersalem Iuris Naturae obligationem necesse fuisset, nec aliter, nisi ex libera voluntate, ex sa- cris colligere Pandectis haud obscure liceat. Consuetudi- nem vero quarundam gentium infidelium, Diis aut sacer- dotibus praedae aliarumque rerum decimas exhiben- tium (§. 1. prior. Sect.) ab imitatione Patriarcharum & po- puli Iudaici, cuius frequentia occurrunt vestigia, du- xisse originem, verosimile omnino crediderim. Ac- cedit, nec de hisce gentibus generalem iuueniri obser- uantiam.

### §. III.

a) Non à ICtis tantum Pontificiis, verum nostratibus quoque agitatam hanc controuersiam, notum est. Pientissimus Ictus BRVNNEMANNVS, laudanda merito intentione, affirmatiuam adstruit in Iure ecclesiast. L. II. Cap. 6. nec non GROTI. de Iure B. & P. Lib. I. Cap. I. §. 17. n. 4. MARC. ANTON, de Dominis Lib. IX. de Re- publ. eccles. Cap. II. n. 1. & alii; Negatiuam operose probant OSI- ANDER ad locum Grot. cit. Obseruat. V. cui addatur HENNINGES & ZIEGLER, Idemque ZIEGLER, de Iuribus Maiestat. L. II. Cap. II. §. 27.

§. III.

Deinde nec iure diuino posituo vniuersali debentur decimae; quod iuris Canonici nonnulli Interpretes ex Mo-  
 faicis legibus contento studio propugnare annuntur. *Nec iure diuino ad eas obligamur.*  
 Obligatio enim legis iudicanda ex voluntate & intentione fe-  
 rentis. Intentio potissimum ex statu gentis, cui lata lex,  
 colligenda. Status vero Leuitici & Sacerdotum ordinis in  
 V. T. is erat, vt à compossessione terrae sanctae exclusi  
 (vid. §. 3. Sect. prior.) decimis & primigenis viuere de-  
 buerint. Hodie vero multi & varii modi ad congrue a-  
 lendos ecclesiae ministros moribus sunt introducti, adeo-  
 que status Clericorum hodiernus longe disiunctus est ab  
 illo Leuitarum & Sacerdotum in populo Israelitico. Er-  
 go consequens mihi esse videtur, leges haec Mosaicas par-  
 ticulares tantum fuisse, nec hodie nos iisdem teneri. a)  
 Accedit, nec ante constitutionem Reipubl. Iudaicae, nec  
 in N. T. existere de praestandis decimis praeceptum. b)

B 3

§. IV.

a) Haec autem diuersa omnino est quaestio, vtrumne satius sit,  
 vt iis in locis, vbi insufficientia sunt ministrorum ecclesiae salaria,  
 nec ecclesiastici reditus tanti, vt inde augeri possint, princeps in-  
 troducat decimas, ad alimenta Clericis largiora suppeditanda? id  
 quod sub certis circumstantiis affirmare non dubito, & idem con-  
 siliium quoque dedit B. BRVNEMANN, in iure ecclesiast. Lib. II.  
 Cap. VI. §. 18.

b) Nec obest huic sententiae dictum Saluatoris *Matth. XXIII,*  
*23. Haec (sc. praestatio decimarum) debet fieri, ac illa non omir-*  
*ti,* quippe cum ibi Christus ex hypothese legis Mosaicae lo-  
 quatur.

## §. IV.

*Non sunt  
res spiri-  
tuales.*

Decimae igitur, cum non praecise ministrorum ecclesiae sustentationi dicatae sint, id vero potissimum, definiente iure Canonico, spiritualis res appellitur: quod Clericis, (qui Canonistis *spiritualium personarum* nomine καὶ ἐξουίην veniunt) destinatum est, necessaria consecutione apud Protestantes conficitur, decimas inter res spirituales, seu iuris spiritualis, numerari non posse. a)

## §. V.

*Conclusio-  
nes ex prio-  
ribus dedu-  
ctae.*

Ex assertis praecedentium §§. sequentes conclusiones pronò fluunt alueo. Et quidem primo loco, cum non sint res spirituales decimae, infertur, tempore necessitatis ex illis collectas exigere, si Parochis praecipue non ex solis decimis viuendum sit, fas esse. Deinde ad Clericorum ordinem nequaquam vnice pertinere decimas, verum à Laicis quoque iuste possideri ac percipi, adeo & recte eas in ecclesiasticas, siue vt interdum abusue appellantur, spirituales, quae lege aut consuetudine parochis adscriptae, & seculares, quae ad Laicos pertinent, distinguuntur. Porro, earum dominium acquiri, transferri, atque amitti, iisdem modis, quibus alia bona secularia, a) Id quod

*1.) Necessitate iubente collectas iis imponi posse.*

*2.) à Laicis iuste possideri.*

*3.) Ratione transferendi domini cum aliis bonis congruere.*

a) DN. BOEHMER. Iure ecclesiast. Protestant. Lib. III. Tit. V. §. 19.

a) Nec obstat iuris Canonici dispositio, alia omnia fanciens, fueramque iis, qui contra fecerint, constituens animaduersionem, (§. 6. Sect. I. not. g.) cum inter omnes satis constet: hoc ius non nisi quatenus libera probatum receptione, obligare Protestantes.

quod per Pacem Religionis §. Dargegen sollen die Stände  
16. & §. als auch den Ständen alter &c. 21. nec non Instrum.  
Pac. Osnabrug. Art. V. §. 15. extra dubium positum est.

§. VI.

Hinc, & praescriptioni locum esse, cum ad effectum acquisitionis, tum amissionis, dubio caret. Praescriptio vero est acquisitio iuris per continuationem possessionis temporis lege definiti. Inde perspicuum est, sicut bonis ecclesiasticis generatim, ita decimis in specie quoque, titulus & b. f. a) si ad sit, quadragenali, deficiente autem eo, immemoriali tempore praescribi. cap. 6. X. de praescriptionibus. b) Cuius cap. verba circa finem: *Quia quadrage-*

4) Prae-  
scriptio  
quoque in  
decimis lo-  
cum habere.

testantes. Attendere quoque ipsis haud opus est, num ante Concilium Lateranense persona Laica possederit decimas, nec ne? idque eo magis, cum ne à regionibus quidem pontificio iuri subiectis huius concilii canones de decimarum praestatione disponentes, in vniuersum fuerint recepti, id quod fatetur quoque Innocentius III. cap. 32. X. de decimis. Quin etiam toti Clero cuiusque dioeceseos potestatem eas alienandi tributam videmus, can. 52. c. 12. qu. 2. Imo sequioribus temporibus vltterius progressi Pontifices Romani, ius de decimis pro ipsorum arbitratu disponendi sibi vindicarunt, ac exercuerunt.

a) Quae tamen in praescriptione 30. l. 40. annor. & iure Saxon. & ciuili vt probetur, necesse non est, sed praesumitur, probatione tamen contrarii sc. malae fidei, non exclusa. COLEB. ad capit. vlt. X. de decim. cap. XI. §. 25.

b) Loquitur equid. Pontif. Alexand. III. in cit. cap. tantum de lite inter duas ecclesias de decimarum praescriptione orta, à Laicis vero omne ius praescribendi bona ecclesiastica in cap. seq. 7. abiudi-

*dragenalis praescriptio omnem prorsus actionem excludit, quandoquidem generalia sint, haud obscure ex iis colligitur: non requiri hic tot praescriptiones, quot anni, & perceptiones, c) sed sufficere vnicam. d) Hoc accipiendum, si de decimis in genere quaestio sit, siue de iure decimandi, at vero secus est, si de certa quota, e. c. de decimis vnus anni quaeratur. e)*

## §. VII.

*Quaenam  
praedia &  
decimis li-  
bera?*

Cum decimae regulariter ex fructibus veniant praestandae, (per §. 2. hui. Sect.) sequitur in regula, quemlibet, qui eos percepit, ad illas persolendas, siquidem consuetudine vel lege in ditione aliqua introductae sint, teneri. Excipiuntur tamen praedia ad patrimonium ecclesiae pertinentia,

abiudicans. At enim vero, supra iam destru&is harum decisionum fundamentis, corruere inde deductas conclusiones, adeoque eodem iure ratione praescriptionis Laicum frui debere cum persona ecclesiastica, necesse est, id quod vltius explicarunt CROLOV. cit. Tr. Conclus. XXXVI. sqq. SYRING. d. iure decim. Cap. XI. §. 20. sqq. congruit quoque meae sententiae, *Ord. decim. Austriaca §. 10. verbis: Wenn ein Geist- oder Weltlicher uber verkehrte Zeit, d. i. wenigst in 32. Jahren von einem inzwischen nicht öde gelegen, sondern angebauten Grund keinen Zehend gegeben, noch derselbe von Zehend-Herrn begehret worden, so soll er auch hinfuhro an mit solchen Grund Zehend frey bleiben.*

c) Quale statuit ius civile l. 7. §. 6. C. de praescript. 30. l. 40. annorum.

d) SYRING, Tract. cit. Cap. XI. §. 32.

e) Conf. plur. Illustr. BOEHMERI Dissert. de Praescriptione circa Decimas ecclesiasticas & seculares, quae mihi nunc demum in manus venit, & hanc doctrinam praecipue §. 24. sqq. optime deducit.



tinencia, *Kirchen-Güter*, nec non, quae parochis, ut alimta inde capiant assignata, *Pfarr-Güter*, regulariter à decimis libera. a) Ex eodem insuper principio est, quod fructibus omnibus deletis, vel eorum parte, tempestate aduersa, aut alio casu fortuito perdita, decimae cessare ex aequitate debeant, aut pars earum remittenda veniat.

CAP. II.

DE

DECIMIS NOVALIVM.

SECTIO I.

EVOLVTIO CONCEPTVS NOVALIVM

Vocabulum Nouale, a) seu ager noualis non vnico significatu accipitur, sed multiplices eius occurrunt potestates, quarum duas proposuisse sufficiat. Significat au-

*Definitio  
Novalis in  
sensu latio-  
ri sumit.*

C

rem

a) Differunt ab his bona immobilia, quae tanquam Laici possident parochi, & ad priuatum eorum referenda patrimonium. Confer, latius B. HORN. in cit. Diss. §. 15, 16. sqq. Idem dicendum, si Clericus praedia decimationi obnoxia iure pignoris, locationis &c. teneat, cit. Diss. §. 17, 18. & sqq.

a) Quidio verfactum appellatum, quasi tempore verno actum, seu profectum. Singularem speciem noualium constituit *Nonellorum*, quod est vinea nouis vitibus confita l. 6. c. de impens. in rebus dotalib. fact. & l. 39. pr. de hered. petit. SVETON. in Domitian. Cap. VII. Et ideo satis accurate non loquitur MYLER. AB EHRENBACH de Principibus & Statibus Imperii P. II. Cap. 70. §. 5. nouellecum pro qualibet terra nouiter culta, nouales vero pro iure percipiendi decimas noualium, accipiens.

tem in sensu largiori agrum etiam<sup>a</sup> illum, qui annis alter-  
 nis tantum conferitur, b) nobis *Braach-Land*, Graecis *ἄρισ*.  
 Quid ratio Circa hanc speciem, quid iuris sit, prius quam ad alteram  
 ne decima transeo potestatem, expediam. Et quidem e definitione  
 rum noua- clarum est, ex agris eiusmodi eo tempore, quo cessant,  
 lium huius fructus regulariter non percipi. Cum vero decimae de-  
 speciei obti- beantur de fructibus (per §. 1. Cap. I. Sect. II.) dubio caret,  
 neat. decimas eo anno, quo non conferitur ager, exigi posse  
 nullas. Aliter igitur statuendum de agris, qui eo quoque  
 anno, quo cessant, varia olerum genera producant, quod  
 nominari consuevit *das Soemmern*, & in Thuringia nostra  
 aliisque regionibus saepius contingere videmus. De qui-  
 bus ideo fructibus merito penduntur decimae. c)

## §. II.

*Evolutio  
 conceptus  
 Noual. sen-  
 su strictiori  
 accepti.*

Strictius accepta vox indicat agrum nouiter ad cultu-  
 ram redactum, de quo non extat memoria, quod aliquan-  
 do

b) Idem denotasse hanc vocem Romanis patet ex l. 30. §. 2. II.  
 de V. S. VIRGIL. L. I. vers. 70. conf. PLIN. XVIII. 19. & SAM.  
 PITISCVS in Lexico Antiquitat. Romanar. sub voce: Nouale.  
 Huic oppositus erat alius significatus, nimirum quando ager sin-  
 gulis annis referitur, quemque *restibulum* vocabant.

c) *Ordinat. Decim. Austriaca* §. 4. verbis: *Von dem, was des  
 3ten Jahrs* (quo anno sine dubio iisdem locis agri requieti esse  
 solent) *in Braach- und Trayd-Feldern &c. zehendabahres erbaueet  
 wird, davon soll man eben so wohl als von andern Bau-Feldern  
 den Zehend zu reichen schuldig seyn.* Cum qua congruit *Ordin.  
 decim. Bauarica* §. 10. *Der Landtags-Abschied des Herzogthums  
 Lüneburg von An. 1567. & Constitutio Ducis Bransuic. & Lüneb.  
 Augusti*, exhibita à Crolou. de Iure Decimar. §. 25. Add. cap. 21.  
 X. de decim.

do cultus fuerit. a) Ruricolis Germanicis *Neübruch, Aufbruch, Neüüth, Rott-Land, Rödter* &c. Ager nouiter cultus est, qui antea rudis, nullum vel exiguum praestitit vsum, nunc vero accedente hominum opera maiori aptatus vtilitati, v. c. si nemus eradicetur, rastroque subigatur, aut nouelletum inde efficiatur &c. Quot vero annorum series requiratur, vt, de re quadam non existerememoria, dici possit, in vtramque disceptatur partem. Sunt enim, qui praecise 100. annos postulant, quoniam hi anni summus humanae vitae terminus putantur, hocque spatium ferme solet *yeveds* tres efficere b) At mea quidem sententia non semper idem est tempus memoriae hominum excedens cum centenariio, sed indefinite sufficit, si hominibus exactae etiam aetatis in praesenti vitam degentibus de facto aliquo non innotuerit.

§. III.

Hinc consequitur I.) cum requiratur ad nouale ager antea ferus ac nunquam, quod hominum attingere potest memoria, culturam expertus, id vero res facti sit, sine dubio illi, qui nouale asserit praedium, ex eoque decimas mas deposcit, probationis onus incumbere. II.) Quia nouiter ad culturam redacta esse debet terra, consequens

C 2

est,

a) Hanc definitionem vsui loquendi respondere perspicuum est è cap. 21. X. de V. S. it. ex *Ordin. Decimal. Austriaca* §. 5. *Ord. decim. Ducat. Carintb.* §. 8. *Iure Bauar. Tit. XXVIII. von den Zehenden* §. 13.

b) BARBOSA, GVID. PAPA & alii, quos alleg. ROTH, de Noual. Cap. I. §. 4.

est, quod si ager ante plurimos annos e. g. excisa sylua frumento ibi serendo aptatus, post desertus fuerit, nunc vero altera vice proscissus sit, eum naturam noualis non induere. Ille autem, qui in tali facto se fundat, ex eodem fundamento ad demonstrationem tenetur. Vbi sufficientem minime inducunt praesumptionem vestigia sulcorum aratro ductorum, quippe cum artis oeconomicae cultores probe calleant, in sylvarum interdum regionibus, vbi raras conspiciuntur arbores, tellurem aratro versari, seminaque gignendis iisdem apta, conseri *STRING. Cap. VII. §. 3. III.)* Si ad culturam redigitur ager, eo sine id plerumque fieri praesumitur, vt assidue in eo statu conseruetur, cessante alias vtilitate operae impensae. Ideo aratio ad certum tempus facta, vt iure noualis censeatur praedium, minime efficit, e. c. si syluae partes quaedam, excisis arboribus, ne sine vlla vtilitate terra haec sit, frumento conserantur, quod nostri vocant, *Getreyd in die Hauung saen*, & resurgentibus arboribus incultae relinquuntur. IV.) Ex eadem ratione, & quia requiritur vt *haud exeret memoria*, quod aliquando cultus fuerit ager noualis (per defin. §. 2.) sequitur talem non esse, qui ante hac iam vsuna praestitit, cuius vero pristina facies in aliam immutata sit formam externam. Vt, si quando è prato seu lacu, eductis inde aquis, efficiatur ager, aut pascuum ad frugum fertilitatem transferatur, adeoque nec haec mutatio qualitatis rei, obligationem decimarum praestandarum tollere valet cap. 4. X. de Decimis.

SECTIO II.

QUANDO LICITUM SIT NOVALIA EFFICERE?

§. I.

**E**Voluto conceptu Novalium, deducendum iam veniet, <sup>Regulavi-  
ter licet  
conficere  
Novalia.</sup> quatenus, & quibusnam sub circumstantiis ea conficere liceat? Et initio quidem ex def. §. 2. Sect. praeced. constat: terram in novale convertendam antea vel plane nullam vel exiguam tantum praestituisse utilitatem. Deinde talis ager siue ita ad dominum pertinet, ut tertio nullum omnino ius, quale illud demum sit, competat, siue ad alium, e. g. ius pascendi, venandi, &c. pertinet. Priori casu liberum est cuique instaurare agros, etiam haud impetrata magistratus concessione. Quilibet enim facile concedet maiorem in regula conciliari utilitatem, si sylva excidatur, aut solum lapidibus, sabulo, spinis, aliaque ratione rude ac impeditum, convertatur in agrum foecundum; adeoque qui talem in se suscipit laborem, bono publico plurimum conducentem, haud impediri debere. Praeterea, quod in vulgus notum est, agricultura generatim variis ex causis singularem plane in legibus meretur fauorem; Et unusquisque tandem pro arbitrio re sua uti valet. a)

C 3

§. II.

a) l. 21. Cod. Mandat. l. 6. & 8. C. de Servitut. conf. Illustr. BECKII Dissert. de Iusto commodo cum alterius damno coniuncto, Cap. IV. §. I. sqq.

Exceptiones  
a regula.

## S. II.

Quodsi autem exinde alterius ius directo laedatur, aut diminuatur, siue utilitas publica detrimentum inde capat, non nisi annuente summa in Republica potestate, aut priuato, cuius ius detrimentum capturum foret, consentiente, libera talis instauratio agrorum erit. a)

## S. III.

Obiectiones  
eliduntur.

Nec obest, quod forte quis commodum publicum, agricultura quod magis promouetur, quam venatione, priuati utilitati praeferendum dicere velit. Quemadmodum enim haec regula capienda solum de casu necessitatis: ita magis opus est in plurimis Germaniae nostrae regionibus procurare copiam lignorum, quam frumenti, adeoque conseruare potius nemora, quam destruere conduct, quoties conditio regionis ea est, vt pascua aut ligna rariora sint, licet ex Nouali in hunc vel illum priuatorum maior redundatura sit utilitas. Lucrum enim priuati cessare debet, si utilitas publica detrimentum inde capiat. a)

## S. IV.

a) l. 13. §. 1. π. de S. P. R. arg. l. 20. §. 3. de S. V. P. conf. ROTHII Dissert. de Noual. Cap. IV. §. 7.

a) Innu merae occurrunt huius rei prohibitiones, vel absolutae, vel sub certis limitationibus factae, quarum sequentes adduxisse sufficiet. Et quidem ita de hac re disponit *Marggräfliche Brandenburgische Wald-Ordnung auf dem Gebirge* §. 6. *Es soll hin-  
sübro keinem keine neue Reuth oder Geräum zu machen gestattet  
werden, es sey denn an solchen Orten, da es zum Wachsthum nicht  
tauglich.* Similia fere leguntur in *Ordinat. Forest. Hassiaca*, de An. 1683. Tit. *Rödten. Ordin. Forest. Gothana* de An. 1664. Cap. IV. §. 6.

§. IV. 2

Praeterea è prioribus, praecipue §. 2. Section. praeced. perspectu est facillimum, & multum laborem, grauesque requiri impensas ad efficienda noualia, & è publicae rei vtilitate regulariter esse, loca inculta in agros conuertere foecundos. Quare aequitati maxime conuenire videtur, vt agri eiusmodi nouales per aliquod tempus à decimarum onere immunes sint, id quod variis quoque Ordinationibus earum regionum, in quibus decimatio lege aut moribus obtinet, sancitum legimus, spatio tamen huic libertati diuerso praefixo. a)

Immunes  
plerumque  
sunt anni  
prioris a  
decimis.

SECTIO

IV. §. 6. *Ordinat. Polit. Megalop. An. 1562. Tit. Von Raden und Verwüstung der Holzungen. Ordin. Forest. Plauenf. Tit. 14. Isenacens. Cap. VIII. §. 1. Ienens. Cap. IV §. 5. Ordinat. Venat. Forest. Hohenlob. Tit. 25.* vbi modus in impetranda concessione seruandus, & quaeenam circumstantiae hic spectandae, exacte praescribitur. Plura vide sis in Ahasv. FRITSCHII *Corp. Iur. Venatorio-Forest.* conf. SECKENDORF. *Fürsten-Staat Part. II. Cap. VIII. §. 9. n. 3.*

a) 1. 1. 15. 16. *Cod. de omni agro deserto. Resolut. Grauum. Elect. Saxon. de An. 1653. & 1657. Tit. Consistorial-Sachen, §. Es hat auch zum 2ten ita disponitur: Iedoch wollen wir uns hiermit ausdrücklich erklehret haben, dass die Annehmere solcher wüsten Güther von Zeit der geschlossenen Handlung von allen Diensten. Zinsen, Frohnen, Fuhren, Steuern, Contributionen, Geld- und andern Anlagen, (außer was Kirchen und Schulen betrifft) hinführo auf. 2. 3. oder zum höchsten 4. Jahre befreyet seyn, und damit verschonet bleiben sollen. Ordinat. Decim. Austriaca §. 5. concessit agris noualibus per 5, nouelleris autem 8. annos talem immunitatem. Ordin. Decim. Ducat. Carinthiae vero per 3. annos integros.*

Carinthiae vero per 3. annos integros.

## SECTIO III.

PERCEPTIO DECIMARVM NOVALIVM AD  
QUEM TAM IVRE PONTIFICIO, QUAM  
PROTESTANTIVM PERTINEAT?

## §. I.

Domino decimarum antiquo per nouam culturam ius suum neuquam adi-mitur.

Circumacto hocce spatio immunitatis, aut si tale non fuerit concessum, statim ab initio, disquirendum venit, vtrum nouiter excultum praedium ad decimas antea, quocumque demum tempore, obligatum fuerit, an immunitate ab hoc onere gaudeat? Prius, quando obtinet, saluum omnino domino decimarum priori ius eas exigendi esse debet, nec regulariter Princeps, ad quem alias in ea regione decimae Novalium pertinent, illas sibi vindicare potest. a) Quod praecipue locum inuenire debet, si tempore belli agrorum cultura fuerit impedita, eoque factum, vt arbores aut dameta exorirentur.

## §. II.

a) Cap. 25. X. de Decimis, ibi: *Nec occasione decimationis antiquae (licet in feudum decimae sint concessae) sunt decimae Novalium usurpandae, cum in talibus non sit extendenda licentia, sed potius restringenda.* Immo ipsa praedia, de quibus debentur Ministris ecclesiae decimae, inculta derelicta, ipsis interdum loco decimarum assignantur, vt inter alia patet ex *Recess. Prouinc. March. de An. 1653. §. 8.* in verbis: *In denen Dörffern, da die Pfarren ihres Officii abwarten, sollen ihnen in Entstehung ihres Mefs Korns, Zehenden und Pechte. so viel Acker, als in supplementum deficientium reddituum ordinariorum vönnöthen, ad tempus, bis die Höfe mit beständigen Possessoribus binwiederum besetzt, angewiesen werden.*



Quodsi vero praestationi decimarum ante nouam <sup>ture Cano-</sup> culturam obnoxius haud fuerit ager, distinguendum venit <sup>nico ad</sup> inter iuris Canonici sancita, et mores apud Protestantem <sup>quem spe-</sup> obtinentes. Illud, cum ex quocunque praedio in genere <sup>ctent?</sup> decimas tribuat Clericorum ordini, illas quoque omnes, quae de Noualibus percipiuntur, iisdem adscribere non dubitat. Et quidem aut ager nouiter excultus intra propriam parochi paroeciam situs est, aut in aliena. Priori casu ecclesiae parochiali semper addicuntur. a) Hoc autem Episcopi dispositioni committuntur. b)

§. III.

Quum igitur regulariter parochi in suae ecclesiae <sup>Noualium</sup> dioecoesi decimae praestandae veniant, ius Pontificium <sup>decimae re-</sup> concludit, eo quoque casu: Si v. g. quis in alieno terri- <sup>gulariter</sup> torio aut parochia per praescriptionem alioque titulo ac- <sup>ad paro-</sup> quisuerit decimas generatim, quod, hocce non obstante, <sup>chum eius</sup> istae, quae ex Noualibus pensitandae, ad eum parochum, <sup>dioecoeseos,</sup> in cuius paroecia nouales terrae sitae sunt, spectare debe- <sup>in qua situm</sup> <sup>est praedi-</sup> <sup>um, perti-</sup> <sup>nent,</sup> ant.

D

a) Quod decidit diserte Innocentius III. in cap. 29. X. de Decimis, his verbis: *Vnde Inquisitioni tuae respondemus, quod quum perceptio decimarum ad parochiales ecclesias pertineat, decimae nouales, quae sunt in parochiis earundem, ad ipsas procul dubio pertinere noscuntur.*

b) Cap. 13. X. h. t. ad episcopum Brixiensem directum. *Alioquin, (i. e. si intra certam alicuius ecclesiae paroeciam sita haud sint bona) ipsa secundum discretionem à Deo tibi datam, alii ecclesiae deputare, vel ad opus tuum poteris retinere.*

ant. cit. Cap. 29. X. de Decimis vbi tamen limitatio adiicitur: *Nisi ab his, qui alias percipiunt decimas, rationabilis causa ostendatur, per quam appareat, Noualium ad eos decimas pertinere.*

## §. IV.

*Ius Alemannicum congruit cum iure Canonico.*

Hisce canonum fancitis congruit quoque *Ius Provinciale Alemannicum* Lib. I. Clericis solis decimas Noualium vindicans, verbis: *Da man eines Dorfs beginnet mit neuem Bau, da mag der Herr des Erdreichs wohl Geld oder Zinsß abfordern, also daß den Bauleuten halbes Korn bleibt, und dem Pfaffen der Zehend.* Imo ita occupauit superstitio isto tam barbaro aeuo hominum mentes, vt summa iniuria Principes decimas hasce possidere in animum sibi fere omnes induxerint. Cuius rei exemplum esse potest, quod rustici seditiosi inter reliqua eorum postulata, quae plus quam agrestem sapiunt arrogantiam, Sondershusae An. 1525. publicata, desiderarunt: Vt omnes decimae, adcoque & Noualium, à dominis territorialibus aliisque secularibus possessoribus restituantur Clericis. a)

## §. V.

*Protestantes decimas Noualium asserunt dominis territoriali.*

Enimuero hisce cunctis non obstantibus, aliter hac in re sentiunt Protestantes, in regala cuiilibet in Republica summae potestati, in cuius territorio decimae sunt introductae,

a) Merito igitur B. LVTHERVS Oper. Tom. Ienens. III. fol. III. & III. de hocce inepto postulato scribit: *Dieser Articul ist eitel Raub und öffentliche Strauch-Dieberey, dann da wollen sie (die Bauern) den Zehenden, der nicht ihnen, sondern der Obrigkeit zustehet, zu sich reißen; Wolt ihr geben und guts thun, so thut von euren Guth.*

ctae, de Noualibus decimas afferentes. Quam sententiam & olim iamiam saepius aduersus Cleri Pontificii ausus strenue vindicarunt Status Imperii Protestantes, & inter alia quoque in Comitii Noribergenſibus An. 1522. vbi inter eorum grauamina Imperatori exhibita peculiare deprehenditur, quo grauiter conqueſti ſunt, Clericos ex Noualibus decimas, & eas etiam, quae nunquam ab ipsis poſſeſſae, ſibi addicere, ac cuncta territorii emolumenta, quantum in eis eſſet, ad ſe rapere uelle. a)

§. VI.

Fundamenta, quibus ſtabiliunt ſententiam ſuam, haec fere ſunt: Ex iure Romano, legibus Imperii Germanici, ac multarum regionum peculiaribus conſtat, praedia deſerta ac inculta, ſiquidem à nemine adhuc fuerint occupata, domino territorii virtute territorialis ſuperioritatis cedere, b)

*Rationes, quare eas ſibi vindicant.*

D 2

ideo-

a) MYLER. AB EHRENBACH de Statibus Imperii Part. II. Cap. 70. §. 6.

b) Quod comprobat poſt multas in hanc rem conſtitutiones tot. Tit. Cod. de omni agro deſerto, l. 1. & 4. Cod. de bonis vacant. Vbi à bonis vacantibus ad deſerta & inculta argumentum valide duci poſſe cenſeo. Add. Reſolut. Grauaſſin. Elect. Sax. ſupra citata, Tit. Von Conſiſtorien-Sachen. §. Es hat auch zum 2ten verb. Verordnen dahero, daß die Beamten und Gerichts-Herren ſich binnen doppelter Sachſeſſer Frift, ob ſie das wüſte Hauß, Guth und Garten zu beſtellen und anzubauen, oder einen gewiſſen Käufer zu verſchaffen gemeinet, gerichtlich zu erklähren, im Fall ſie ſolche Güther anzunehmen Bedencken tragen &c. dieſelbe alsobald zu ſubhaſtiren, und wenn niemand etwas davor geben will, es dem, ſo ſich darum angiebt, ohne Entgeld erb- und eigenthümlich zuzulaſſen, hierauf weder Erben noch Gleubiger weiter zuzulaſſen &c. conf. Landtags-Abſchied des Fürſtenth. Lüneburg de An. 1570. §. Es hat auch &c.

ideoque tributa siue exactiones cuiuscunque generis iis imponere licere. Quumque decimarum perceptio nulla re-fragante nec iuris diuini positiui vniuersalis, nec naturalis sanctione ad seculares personas omnino pertinere possit (per §§. 2. 3. 4. 5. Sect. II. Cap. I.) decimas quoque de eiusmodi agris ab iisdem iuste exigi, patet. b) Dein, quoniam, vt succisa sylua inque nouale praedium conuersa, Principis venationi, aut alii iuri, quale illud demum sit, vt plurimum aliquid detrahatur, necesse est, dominusque agrum noualis, ob maiora, quae nunc percipit, commoda, ad maiora quoque, quam quae ditiori in genere imponuntur, onera tenetur, quae sub decimarum aut alia quacunque appellatione imponi possunt. Quae magis confirmatae sunt per Pacem Religios. de An. 1555. §. *Die weil auch etliche Sten- de &c.* & §. *Damit auch obberührte &c.* qua, vt Statibus Protestantium omnia iura hucusque possessa, in specie iura territorialia, decimae, &c. intacta relinquantur, sancitum est.

## §. VII.

*Decimae  
Nonalium  
ad eum  
regulariter  
hanc perti-  
nent, qui  
reliquas de-  
cimas possi-  
det.*

Nec huic territorii dominorum iuri impedimento est, si alius decimis in genere in ditione aliqua fruatur, quippe quum sub decimis in vniuersum minime comprehendantur, quae de Noualibus praestandae. Quod sequenti decisione Illustris Ictorum Collegii huius Academiae, M. Febr. hui. anni pronunciata illustrare placet, quae simul quaedam Dissertationis asserta comprobat: *Auf er-  
hobene*

b) BEYER in specim. iur. german. Lib. I. Cap. VI. §. 30. & Lib. II. Cap. IV. §. 20. *Landtags Abschied des Herzogth. Braunschweig, de An. 1601. §. zum 15ten &c.*

hobene Klage, auch darwider vorgeschützte exceptiones, und fernere Sätze Herrn N. Abts des Stifts und Closters N., Klägers an einem, deren Beamten des Fürstl. Hof-Castens Amts zu N., Beklagter am andern Theil, so uns in denen dießfalls ergangnen Acten nebst einer Frage zugeschieket, ic. S. W. B. R.

Ob wohl Herr Kläger sich nicht nur auf die qualipossess des zu N. und insonderheit auf George B. daselbst, abgetriebenen Holz-Felde, habenden iuris decimandi berufft, und daß er in solcher bis auf das Jahr 1714. ruhig begriffen gewesen, aus der Beklagten eigenen Geständnisse zu behaupten suchet; sondern auch derselbe, wegen der ihm dießfalls zustehenden Befugniß selbst, zugleich verschiedene alte Documenta und Urkunden anführet; Woraus erscheinen soll, daß das Zehend-Recht, welches jemanden in einen ganzen District verliehen worden, auch den Noual-Zehenden in sich begreife; sintemahl die Worte, so dießfalls indefinite und generaliter gesetzt, auf die annoch künfftigen Zeiten, und auf dergleichen Land, welches erst von neuem umgerissen und zu Acker gemacht worden, ebener massen zu ziehen wären; über dieses kein Zweifel vormalte, daß die Geistliche von Noualibus oder Neubrüchen den Zehenden ebener massen zu erheben hätten.

Cap. 13. & cap. 29. X. de Decimis. Tiraquell. ad l. 89. §. 1. D.  
V. S. Klock. Tom. I. Conf. 41. n. 10.

Bevorab, wenn sich gewisse Merckmable hervor thun, daß dergleichen von neuem umgerissenes Feld bereits vormalts in Anbau, und also zehendbahr gewesen sey:

cap. 21. X. de Verb. Sign.

Tholosan. Synt. iur. viui. Lib. I. cap. 2. n. 2.

D 3

Col

Solchemnach und da sich das interdictum recuperandae possessionis mit dem petitorio nicht unfüglich cumuliren läffet, dem Ansehen nach vor den Herrn Abt und das Kloster zu N. erkandt werden solte: Alldieweil aber in facto es seine ungezweifelte Richtigkeit hat, daß das in Frage kommende Grundstück zu N in dem Fürstlichen B. Territorio gelegen sey; hiernächst von denen bewährtesten Rechts-Lehrern mit stattlichen Gründen behauptet wird, daß vermöge einer allgemeinen Gewohnheit in Teutschland, der eigentliche Noual-Zehende denen Landes-Herren kraft dero Landes-Fürstl. Hoheit, zustehet,

arg. tot. Tit. Cod. de omni agro deserto. HART. HARTMANNI Obseru. Pract. L. II. Tit. 53. obs. 10. n. 12. GYLMANN. Symphorem. Cam. Suppl. Vol. I. Tom. I. P. I. Tit. 2. n. 35. seq. CROLOV. de Decim. Th. 28. MYLER. Tract. de Princip. & Stat. Imper. Cap. 70. Part. II. BVCKISCH ad Instr. Pac. Westph. Obs. 136. LYNCKER. Decif. 1168.

Weiter durch eine Fürstl. B. Landes-Constitution, vom Jahr 1666. sothanes Regale noch zum Überfluß ausdrücklich befestiget, und unter die Reseruata Territorii Domini gerechnet worden; hierzu ferner kommt, daß von Seiten des Herrn Klägers, was massen das in Frage kommende nunmehr abgetriebene Holz-Stück, bereit vormahls in Anbau gestanden, und also zehendbahr gewesen sey, mit nichts dargethan worden; solchemnach dasselbe vielmehr vor einen wirklichen Neubruch, oder Neureuth, mithin auch die Intention des Landes-Herrn dießfals vor gegründet zu achten ist; gestalt denn dargegen weder die vom vierzehenden und funfzehenden Seculo angezogene Urkunden, noch der Fürstl. W. Lehn-Brief, den Herrn Kläger etwas vortragen kan;  
in

in mehrern Betracht, daß was jene betrifft, aus den teuts-  
schen Nachrichten satzsam beandt ist, was binnen solcher  
Zeit in denen Territoriis Germaniae vor grosse Veränd-  
rung vorgangen; dahingegen der W. Lehn-Brief nur allein  
von dem ordentlichen Zehenden in dem Dorfe N. und der  
benachbahrten Gegend redet, auch anderer Gestalt nicht,  
als salvo iure Regionis Domini, zu verstehen ist; Ubrigens  
die angeführte possess vel quasi voriger Zeiten weder gnug-  
sam bescheiniget, weniger von Seiten der Beklagten einge-  
räumet worden, noch auch, bey vorwaltenden Umständen,  
und contra Principis constitutionem prouincialem, pro  
manutenibili zu achten stehet,

LVDOV. POSTHIVS, de manuten. Obs. 42. n. 154.

MENOCH. Retin. Remed. III. n. 791.

MEVIUS ad ius Lubec. P. II. Tit. 2. Art. 27.

So hat derowegen gestalten Sachen nach, des klagenden  
Herrn Abts Suchen nicht statt; sondern es ist das Fürst-  
liche Casten-Amt zu N. bey der Erhebung des in Frage  
kommenden Noual-Zehends auf Georg N. abgetriebenen  
Holz-Felde zu N., so lange ferner billig zu schützen, bis Herr  
Kläger anderer Gestalt und besser dann geschehen, erweist,  
daß er entweder durch eine unfürdenckliche Verjährungs-  
Zeit, oder auf andere rechtmäßige Weise, ein gegründetes  
Befugniß, zur Erhebung mehrgedachten Noual-Zehends,  
erlanget habe. B. R. W.

§. VIII.

Plura equidem restare video, quae de decimis No-  
ualium in medium possint adduci. Verum, quum pluri-  
ma è dictis Sect. II. Cap. I. pronò fluere alueo, ex iisque  
appa-

apparere putauim, quibus artibus omnes prorsus decimas, & in specie eas, quae ex Noualibus soluendae, ad se rapere Clerus Pontificius, reclamante licet ratione ac aequitate, studuerit; Nec non inter beneficia ex B. Lutheri suscepta reformatione in Protestantes redundantia, id quoque referendum, eosdem ab onere decimarum ex Veteri Test. incongrue in Nouum olim introductarum, immunes redditos, adeoque, prout aequum est, liberum cuique hac in re relictum arbitrium, de rebus suis disponendi; Pedem hic figo, vtque B. L. conatibus meis fauere velit, obsecro atque contendo.

Sit igitur.

DEO HONOR ET GLORIA.





